

nullum sacrificium instinctu divino fuisse oblatum in lege naturæ quod talem significationem allegoricam non habuerit; omnia enim erant umbrae Christum obscure insinuantes, et mentes hominum ad illum excitantes: hæc tamen significatio non pertinet ad rationem sacrificii, ut sacrificium est. Unde non fuisset, si Adam innocentiam conservasset. Potest tamen dici pertinere ad sacrificium, ut est propria hujus vel illius status cæremonia.

27. Sacrificium tribus modis dividi potest. Primo, ratione *materiae*; nam *materia* vel erat animal aliquod, vel erat res inanima; eaque vel solida vel liquida. Sacrificium animalis dicitur *victima* vel *hostia*. Oblatio rei inanimæ solidæ vocatur *immolatio*; quamvis hoc nomen etiam ad omne sacrificium extendatur. Oblatio rei liquidæ, *libamen*.

Secundo, dividi potest partim ex *forma*, partim ex *fine*, in *holocaustum*, *sacrificium pro peccato*, et *hostiam pacificam*. *Holocaustum* erat sacrificium perfectissimum; quia in eo tota res in fenum resoluta sursum ad Deum ascendebat, nihilque ex eo usibus cedebat humanis; unde expressius per hoc significabatur omnia ipsius esse, et ab ipso provenire: quare potissimum ad hunc finem fiebat; quamvis etiam interdum fieret pro peccato populi et sacerdotum.

*Sacrificium pro peccato* partim cremabatur, partim cedebat in usum sacerdotum, qui in atrio templi ex eo vescebantur; offerebatur non pro peccatis internis, sed pro externis quibusdam, ut pro peccatis commissis per ignorantiam circa cæremonias, ut patet Levit. 4. et 5. Item furti, perjurii, calumniæ; ut patet ex cap. 6. 7.

*Hostia pacifica* partim cremabatur, partim edebatur, tum a sacerdotibus, tum ab iis qui obtulerant. Offerebatur vel in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis; et tunc eodem die comedi debebat: vel ad nova beneficia impetranda, et tunc differri poterat ejus consumptio in diem posterum, non tamen ulterius.

Tertio dividi potest ex *fine* in *latreuticum*, *eucharisticum*, *impetratorium* et *propitiatorium*; quæ divisio parum differt a priore. *Latreuticum* dicitur, quod solum fit ad Deum colendum, ejusque principatum et nostram servitatem testandam; hoc potissimum fit holocausto. *Eucharisticum* dicitur, quod fit in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis. *Impetratorium*, pro beneficiis accipiendis; utrumque dicebatur in veteri lege *hostia pacifica*. *Propitiatorium* est, quod offertur pro peccatis, et pro peccatorum pœnis ac flagellis avertendis. Hoc idem est quod *hostia* pro peccato.

O. A. M. D. G.

## CONSPECTUS TOMI TERTII

PARS POSTERIOR.

### TRACTATUS DE JURE ET JUSTITIA.

#### DISSERTATIO I.

DE NOTIONE ET DIVISIONE JURIS.

CAPUT I. — DE JURE, UT EST REGULA JUSTI, GENERATIM.

	Pag.
ARTIC. I. — <i>Præcognita generalia de jure civili</i> . . . . .	4
I. — Jus civile in genere, est jus positivum humanum auctoritate Principis, vel magistratus secularis potestatem legislativam habentis, conditum ad politicam Reipublicæ civilis gubernationem, pacem, felicitatemque temporalem . . . . .	4
II. — Jus civile in commune et particulare, seu statutarium dividitur . . . . .	5
III. — Corpus juris civilis est usitatus ille Librorum fasciculus, quo jura civilia et politica, horumque cognitio continentur . . . . .	6
§. I. — <i>An et quomodo in Imperio jus commune sive romanum obliget?</i> . . . . .	10
Obligat ex recepto, ac quidem auctoritate publica . . . . .	11
§. II. — <i>Quæ sit auctoritas juris communis comparative ad jus provinciale, vel statuta locorum?</i> . . . . .	13
1º. Jus romanum, vel Justinianæ, utut receptum, sic tamen non obligat, ut cedere ei debeant leges provinciales . . . . .	13
2º. Cedit e contra, <i>per se loquendo</i> , lex provincialis legi communi Imperii . . . . .	14
ARTIC. II. <i>Præcognita generalia de jure canonico sive ecclesiastico?</i> . . . . .	18
I. — Jus canonicum est jus positivum a summis Pontificibus traditum, vel approbatum in ordine tum ad publicum Ecclesiæ regimen, ac dirigendos fidelium mores actionesque ad cultum divinum, juste pacificeque vivendum, sicque ultimato eos perducendos ad finem ultimum supernaturalem, qui est beatitudo sempiterna . . . . .	18
II. — Jus canonicum in Corpore juris clausum sex constat partibus; Decreto GRATIANI, quinque libris Decretalium, sexto libro Decretalium, Clementinis, Extravagantibus, tum Communibus JOANNIS XXII. . . . .	20
III. — Præter partes juris canonici in Corpore juris clausas, sunt extra illud sequentes: 1. <i>Concilium Tridentinum</i> , 2. <i>Bullarium magnum</i> , 3. <i>Re-</i>	
III. p. 2.	31



	Pag.
<i>gula Cancellariæ, 4. Declarationes Cardinalium, 5. Decisiones Rotæ . . . . .</i>	21
§. I. — <i>An et quantam auctoritatem obtineat Decretum Gratiani? . . . . .</i>	
1 <sup>o</sup> . Decretum GRATIANI auctoritate legali non est omnino spoliandum. . . . .	23
2 <sup>o</sup> . Quidquid tamen habuit, et hodie habet auctoritatis, id omne et unice ex usu, praxi et receptione obtinuit. . . . .	25
§. II. — <i>Utrum Canones Apostolorum in Corpore juris genuini sint et authentici? . . . . .</i>	27
Canones Apostolorum omnes supposititii sunt, neque ab Apostolis conditi, neque a S. CLEMENTE scripti; sed verius a Conciliis particularibus, aut etiam Episcopis successive conditi. . . . .	28

## CAPUT II. — DE JURE PROPRIETATIS.

ARTIC. I. — <i>Quid sit jus proprietatis? . . . . .</i>	33
Jus proprietatis est potestas legitima, voluntate sua moraliter obligandi alios ad aliquid, sicque eorum restringendi libertatem, principaliter in favorem et bonum proprium obligantis. . . . .	33
ARTIC. II. — <i>Quid sit jus in re, sive reale, et jus ad rem, sive personale? . . . . .</i>	37
I. — Jus in re, vel reale est, vi cujus res ipsa nobis devincta, seu obligata est, vel persona considerata ut res. . . . .	37
II. — Jus ad rem, vel personale est, vi cujus persona immediate mihi devincta, sive obligata est ad præstandum aliquid. . . . .	37
III. — Ad acquirendum jus in re, si nullius antea fuerit, apprehensio sufficit; si dominum aut possessorem habeat, requiritur 1 <sup>o</sup> existentia, vel physica, vel moralis; 2 <sup>o</sup> titulus; 3 <sup>o</sup> regulariter traditio. . . . .	38
IV. — Ad acquirendum jus ad rem sufficit solus titulus. . . . .	39
V. — Utriusque juris effectus sunt 1 <sup>o</sup> obligatio, quam reliqui habent omnes, ne quem jus proprietatis habentem in ejusdem usu impediatur; 2 <sup>o</sup> obligatio restituendi, aut satisfaciendi ex parte ejus, qui alterius jus violavit; 3 <sup>o</sup> actio. . . . .	40
ARTIC. III. — <i>Quid sit dominium? . . . . .</i>	42
I. — Dominium proprietatis in genere est jus reale de re aliqua disponendi in commodum proprium, vel quoad substantiam rei, vel quoad emolumenta sola, vel quoad utrumque simul. . . . .	42
II. — Dominium perfectum est jus reale perfecte de re disponendi auctoritate propria in utilitatem propriam. . . . .	42
III. — Dominium proprietatis aliud est 1 <sup>o</sup> naturale, aliud civile; 2 <sup>o</sup> aliud <i>al-</i> <i>tum</i> , aliud <i>bassum</i> . . . . .	43

## DISSERTATIO II.

## DE SPECIEBUS JURIS REALIS.

## CAPUT I. — DE SERVITUTIBUS.

ARTIC. I. — <i>Quid et quotuplex sit servitus? . . . . .</i>	47
I. — Servitus est jus reale, in re aliena alteri constitutum, ut dominus rei in commodum alterius aliquid in ea pati, vel non facere teneatur, salva rei substantia. . . . .	47

	Pag.
II. — Servitus dividitur 1 <sup>o</sup> in realem et personalem; 2 <sup>o</sup> in urbanam et rusticam; 3 <sup>o</sup> in continuam, quasi continuam et discontinuam. . . . .	48
ARTIC. II. — <i>Quomodo constituitur et finiatur servitus? . . . . .</i>	51
I. — Nunquam sine prædiis constitui servitutes possunt; neque potest quis servitutem acquirere prædii vel urbani, vel rustici, nisi habeat prædium. . . . .	51
II. — Servitus generatim constituitur 1 <sup>o</sup> auctoritate legis; 2 <sup>o</sup> <i>judicis</i> auctoritate; 3 <sup>o</sup> <i>conventionem</i> et <i>ultima voluntate</i> ; 4 <sup>o</sup> <i>præscriptione</i> ; 5 <sup>o</sup> ab omni, qui prædii <i>plenus est dominus</i> , et cui a jure non prohibita alienatio. . . . .	52
III. — Finitur servitus realis 1 <sup>o</sup> <i>confusione</i> ; 2 <sup>o</sup> <i>remissione</i> ; 3 <sup>o</sup> <i>interitu</i> prædii dominantis, vel servientis; 4 <sup>o</sup> <i>non usu</i> . . . . .	53
ARTIC. III. — <i>Quid juris circa servitutes personales, usumfructum, usum, habitationem? . . . . .</i>	56
I. — Ususfructus est jus alienis rebus utendi, fruendi, salva eorum substantia. . . . .	56
II. — Obligationes usufructuarii sunt: <i>præstare cautionem, tueri rem, ne deterior fiat; præstare onera</i> . . . . .	58
III. — <i>Constituitur</i> usufructus 1 <sup>o</sup> ordinatione legis; 2 <sup>o</sup> <i>conventionem</i> ; 3 <sup>o</sup> <i>ultima voluntate</i> . <i>Finitur</i> 1 <sup>o</sup> lapsu temporis; 2 <sup>o</sup> non utendo; 3 <sup>o</sup> morte naturali, vel civili fructuarii; 4 <sup>o</sup> <i>præscriptione</i> ; 5 <sup>o</sup> <i>cessione</i> fructuarii; 6 <sup>o</sup> <i>consolidatione</i> ; 7 <sup>o</sup> per professionem religiosam in Religione bonorum stabilium incapaci. . . . .	59
VI. — Usus, scilicet juris, sive, ut est servitus personalis, est jus utendi tantum re aliena, salva ejus substantia. . . . .	59
V. — <i>Habitatio</i> est jus inhabitandi ædes alienas, salva earum substantia, sive per se, sive per alium. . . . .	60
ARTIC. IV. — <i>An ususfructus consolidetur cum proprietate per professionem religiosam in Religione bonorum stabilium et reddituum capaci? . . . . .</i>	60
Non consolidatur . . . . .	60

## CAPUT II. — DE FEUDO, EMPHYTEUSI, SUPERFICIE, LIBELLO.

ARTIC. I. — <i>Quid et quotuplex sit feudum? Quinam in feudum dare, et accipere possint? . . . . .</i>	64
I. — Feudum, secundum suam substantiam sumptum, est dominium utile rei immobilis, vel immobili æquivalentis, sub onere fidelitatis concessum. . . . .	64
II. — Feudum principaliter dividitur in <i>proprium</i> sive <i>rectum</i> , ac <i>improprium</i> sive <i>non rectum</i> . . . . .	65
III. — Feudum proprium, sive rectum varie subdividitur. . . . .	65
IV. — Dare in feudum possunt, quotquot dominio et facultate libera gaudent de rebus suis, eas alienando, disponendi . . . . .	66
V. — Accipere in feudum possunt, qui contrahere et contrahendo obligari a jure non prohibiti, nec aliunde impedimento aliquo juris laborant. . . . .	67
ARTIC. II. — <i>Quibus modis acquiratur feudum, et amittatur? . . . . .</i>	68
I. — Feudum acquiritur tribus modis: 1 <sup>o</sup> <i>pacto</i> ; 2 <sup>o</sup> <i>præscriptione</i> longissimi temporis; 3 <sup>o</sup> <i>successione</i> . . . . .	68



II. — Feudum amitti potest vel sine delicto; vel ex delicto, quod in hac materia <i>felonia</i> dicitur. . . . .	71
III. — Si amittatur feudum ob delictum vasalli, non in personam domini commissum, regulariter aperitur agnatis, si feudum antiquum sit. . . . .	72
IV. — Feudum antiquum ob feloniam a vasallo commissam in ipsam domini personam, immediate aperitur domino; non tamen stabiliter, sed post mortem vasalli delinquentis, ejusque filiorum, restituendum est agnatis. . . . .	73
ARTIC. III. — <i>Sintne capaces Prælati Ecclesiastici feudorum cum annexis regalium juribus?</i> . . . . .	75
I. — Non repugnat <i>ex natura rei</i> utriusque potestatis sacræ et politicæ in eodem subjecto conjunctio; nec <i>ex institutione divina Episcopatus</i> ; adeoque Prælati Ecclesiastici capaces sunt feudorum secularium cum annexis regalium juribus. . . . .	75
II. — Neque repugnat utilitati Imperii: neque statui seculari infert præjudicium. . . . .	77
ARTIC. IV. — <i>Quid sit emphyteusis, quidque juris circa illam? item libellum et superficiem?</i> . . . . .	82
I. — Emphyteusis est dominium utile rei immobilis concessum alteri a domino directo sub onere 1º meliorationis; 2º præstandæ pensionis annuæ; 3º rem emphyteuticam non alienandi. . . . .	82
II. — Emphyteusis varie dividitur. . . . .	83
III. — Concedere in emphyteusin potest, quicumque plenum habet rei immobilis concedendæ dominium, et facultatem alienandi. . . . .	84
IV. — In emphyteusi omnes illi et soli succedunt, quos ad successionem vocat contractus primus emphyteuticus. . . . .	84
V. — Obligatio emphyteutæ est triplex, 1º pensionis annuæ, sive canonis; 2º meliorationis; 3º non alienandi. . . . .	
QUÆRES: <i>Quid sit libellus, et superficies?</i> . . . . .	85

## CAPUT III. — DE JURE HÆREDITARIO.

ARTIC. I. — <i>Quid hæreditas? hæres et quotuplex? hæreditatis aditio et similia?</i> . . . . .	89
I. — Hæreditas, formaliter sumpta pro jure hæreditario, est jus succedendi in omnia defuncti jura. . . . .	89
II. — Hæres est, qui vel ex voluntate testatoris vi testamenti, vel ex dispositione legis, in omnia defuncti jura, tam activa, quam passiva, commoda et onera, sive obligationes, succedit. . . . .	89
III. — Substitutio hæredis alia est <i>directa</i> , quæ fit verbis directis; alia <i>indirecta</i> , vel <i>obliqua</i> , quæ fit verbis obliquis, vel precativis. . . . .	90
IV. — Aditio hæreditatis est actus legitimus hæredis extranei, sive verbis, sive factis declaratus, quo quis hæreditatem admittit. . . . .	91
V. — Effectus <i>aditæ hæreditatis</i> sunt 1º acquisitio juris et domini omnium rerum, quas hæreditas complectitur; 2º potestas hæreditatem transmittendi ad hæredes proprios; obligatio solvendi æs alienum defuncti, implendi obligationes, etc. . . . .	91
ARTIC. II. — <i>Quid legitima? An filius hæres institutus a patre possit repudiare hæreditatem, retenta solum legitima?</i> . . . . .	93

I. — Legitima est illa hæreditaria portio, vel pars hæreditatis, quæ hæredibus necessariis necessario relinqui in testamento debet. . . . .	94
II. — Filius hæres a patre institutus hæreditatem repudiare nequit, retenta legitima. . . . .	94
ARTIC. III. — <i>An per substitutionem pupillarem tacitam a successione liberorum excludatur mater?</i> . . . . .	96
Per substitutionem pupillarem tacitam mater a successione liberorum non excluditur. . . . .	97
ARTIC. IV. — <i>Quid jus accrescendi? An ad emptorem hæreditatis transeat?</i> . . . . .	99
I. — Jus accrescendi est jus, quo hæreditatis, aut alterius rei mortis causa relicta portio vacans accedit alteri parti a conjuncto agnitæ ad conservandam hæreditatis individuitatem, et testatoris, vel legantis voluntatem. . . . .	99
II. — Jus accrescendi non transit ad emptorem hæreditatis. . . . .	101
ARTIC. V. — <i>Quid successio ab intestato? quo ordine fiat?</i> . . . . .	103
I. — Successio ab intestato in genere, est jus hæreditatem acquirendi sine causa testamenti. . . . .	103
II. — Successio ab intestato vel est <i>conventionalis</i> , vel <i>legitima</i> , vel <i>prætoriana</i> . . . . .	103
III. — Ad successionem ab intestato vocantur <i>primo</i> descendentes. . . . .	104
IV. — Si defunctus nullos descendentes reliquerit, successio defertur ascendentibus. . . . .	106
V. — Si defunctus nec descendentes, nec ascendentes hæredes reliquerit, successio consanguineis collateralibus defertur. . . . .	107
VI. — Quod si neque collateralium quis extet, marito succedit uxor, et huic maritus. . . . .	109

## CAPUT IV. — DE POSSESSIONE.

ARTIC. I. — <i>Quid et quotuplex sit possessio?</i> . . . . .	111
I. — Possessio facti in genere, est detentio rei vera vel ficta, corporis, animi et juris adminiculo. . . . .	111
II. — Possessio <i>effective</i> sumpta, est ipsum jus reale possidendi, ac definitur: <i>Jus insistendi alicui rei tanquam suæ</i> . . . . .	111
III. — Possessio facti <i>dividitur</i> 1º in naturalem et civilem; 2º in possessionem bonæ et malæ fidei. . . . .	112
ARTIC. II. — <i>Quæ sint possessionis commoda? Quomodo amittatur? Quæ remedia possessoria?</i> . . . . .	114
I. — Commoda sive privilegia, possessori a jure concessa, ampla et multa sunt. . . . .	114
II. — Possessio rerum corporalium <i>immobilium</i> amittitur generaliter voluntate possessoris rem amplius possidere nolentis. . . . .	115
III. — Remedia possessoria sunt <i>interdicta</i> , quæ jure novo sunt actiones extraordinariæ, quibus in causa possessionis præsertim inter partes litigantes disceptatur. . . . .	116
IV. — Interdictum <i>Unde vi</i> etiam prædoni et invasori rei alienæ competit 1º contra extraneum quemvis; 2º spectato rigore juris, etiam contra rei dominum notorium, et non in continenti respoliantem. . . . .	117



VI	CONSPECTUS TOMI TERTII.	Pag.
ARTIC. III. —	<i>Quos fructus teneatur restituere possessor bonæ fidei, re aliena in iudicio evicta?</i>	120
I. —	Possessor bonæ fidei tenetur cum re aliena in iudicio evicta restituere omnes fructus naturales et mixtos jam perceptos, et adhuc formaliter extantes.	121
II. —	Possessor bonæ fidei fructus naturales et mixtos ex re aliena titulo singulari perceptos, et bona fide jam consumptos, ex quibus tamen factus est ditior, adeoque solum virtualiter extantes, domino rem evincenti restituere non tenetur.	123
ARTIC. IV. —	<i>Ad quid teneatur possessor malæ fidei, et quid uterque tam bonæ, quam malæ fidei possessor in causa expensarum?</i>	128
I. —	Sive res aliena sit evicta, sive non, possessor malæ fidei semper tenetur 1º restituere rem cum fructibus omnibus, etiam consumptis, exceptis industrialibus; 2º simul compensare domino damnum emergens, et lucrum cessans quod fecisset usu rei suæ.	128
II. —	Possessor bonæ fidei deducit 1º expensas necessarias; 2º etiam utiles, si sint inseparabiles; 3º melioramenta, quæ possunt separari salva substantia, potest quidem ipse tollere; non tamen cogere dominum, ut ea admittat, solvatque pro iis pretium; 4º potest auferre expensas voluntuarias, si sint auferribiles.	129
III. —	Possessor malæ fidei 1º. potest deducere expensas necessarias; 2º. in foro conscientie et ante sententiam iudicis etiam utiles.	129

### DISSERTATIO III.

#### DE DIVERSITATE DOMINIUM ET JURIORUM JUXTA DIVERSITATEM PERSONARUM ET STATUS HOMINIS.

##### CAPUT I. — DE DOMINIO CLERICORUM.

ARTIC. I. —	<i>An et quorum bonorum dominio gaudeant clerici seculares?</i>	132
I. —	Personæ ecclesiasticæ bona propria licite possidere possunt.	133
II. —	Clerici seculares reddituum beneficalium plenum habent dominium.	135
ARTIC. II. —	<i>An et ex quo titulo teneantur clerici redditus beneficales in causas pias expendere?</i>	140
I. —	Obligatio clericorum redditus beneficales superfluos expendendi in causas pias non oritur ex justitia stricta, seu commutativa.	141
II. —	Neque oritur dicta obligatio ex religione, neque ex charitate; sed ex solo jure ecclesiastico.	141
ARTIC. III. —	<i>Quenam potestas alienandi competat Rectori, vel Administratori Ecclesiæ, ejusque bonorum?</i>	146
	Administratoribus bonorum Ecclesiæ prohibitum est immobilia, et mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt, alienare, nisi ob justam causam, et observatis præscriptis solemnitatibus.	146
ARTIC. IV. —	<i>An et quale dominium competat religiosis?</i>	153
	Incapacitas religiosi ad dominium bonorum temporalium oritur ex solo jure ecclesiastico illam voto paupertatis annectente.	154

VII	PARS POSTERIOR.	Pag.
ARTIC. V. —	<i>An et quid acquirere possit Religio, alias possidendi capax, ratione suorum religiosorum? quidve, aut cui acquirat religiosus?</i>	159
I. —	Domus religiosa, succedendi capax, succedit in omnia bona religiosi professi, de quibus hic ante professionem non disposuit.	159
II. —	Quidquid acquirit religiosus, religioni, vel domui religiose immediate acquirit.	161
ARTIC. VI. —	<i>An religiosus post emissam professionem religiosam, deserto religioso Ordine ac Religione Catholica, transiens ad Religionem aliam in Imperio Germanico toleratam, fiat sui juris; sibi possit acquirere temporalia bona, ac præsertim recuperet bona et jura, ut hæreditarium, succedendi in feudo vel alio, quibus ante professionem religiosam libere renunciavit?</i>	162
I. —	Religiosus Professus apostata, ipso transitu ad Religionem aliam toleratam, nullo modo sui juris fit, neque capax evadit jura et bona proprietarie acquirendi vel possidendi.	162
II. —	Religiosus solemniter Professus, ad Religionem in Imperio licet toleratam transiens, non recuperat bona et jura, sive hæreditarium, sive succedendi in feudo, sive quæcumque alia, quibus ante professionem renunciavit.	164
III. —	Cessio juris tam hæreditarii, quam successionis in feudo, etiam antiquo ex pacto et providentia, facta a professore, etiam nocet et præjudicat liberis, si quos in religione Protestantica post transitum ad illam suscepisset.	169

##### CAPUT II. — DE DOMINIO LAICORUM.

ARTIC. I. —	<i>Quale sit dominium conjugum circa varia eorum bona?</i>	171
	Bona dominio conjugum subjecta ad triplicem classem referri possunt: alia sunt, quæ antecedunt matrimonium, ut sponsalitia largitas, arrha; alia, quæ illud comitantur, ut dos, contrados, sive donatio propter nuptias, parapherna; alia, quæ subsequuntur, ut donum matutinale, acquæstus.	171
ARTIC. II. —	<i>An et qualis hypotheca competat uxori ratione dotis illatæ in bonis mariti?</i>	175
I. —	Uxor ratione dotis illatæ præfertur creditoribus omnibus, etiam anterie rem hypothecam habentibus.	176
II. —	Mulier constituens sibi hypothecam specialem in securitatem dotis, non ideo legali generali renunciassè censenda est.	179
ARTIC. III. —	<i>An et quorum bonorum dominio gaudeant filii familias?</i>	180
I. —	Peculium castrense sunt ea bona omnia, quæ filius familias occasione militiæ sagatæ acquisivit. Quasicastrense ea bona complectitur, quæ filius familias occasione militiæ togatæ acquisivit.	182
II. —	Peculium profectitium est, quod e re patris proficiscitur, vel occasione et contemplatione patris filio familias obvenit.	183
III. —	Peculium adventitium est, quod filio ex alia, quam patris, causa advenit.	184
ARTIC. IV. —	<i>An filius familias de peculio adventitio extraordinario testari possit?</i>	184



	Pag.
Filius, nequidem consentiente patre, de peculio adventitio extraordinario ad causas profanas testari potest. . . . .	185
ARTIC. V. — <i>Quid domini ac juris competat pupillis ac minoribus? Ac simul de tutoribus et curatoribus.</i> . . . . .	191
I. — Pupilli, etsi veri sint rerum suarum domini, de iis tamen pro arbitrio sine auctoritate tutoris disponere non possunt . . . . .	191
II. — Minor, vel minorennis, etsi bonorum suorum retineat dominium, sine tamen curatoris consensu, si quem habet, nequit de iis valide disponere. . . . .	193
ARTIC. VI. — <i>An tutor ob culpam remotus notari dicendus sit, sive infamis fiat?</i> . . . . .	196
Tutor remotus ob culpam latam non fit infamis. . . . .	197

## DISSERTATIO IV.

## DE MODIS ACQUIRENDI RERUM DOMINIA.

## CAPUT I. — DE MODIS ACQUIRENDI JURIS NATURALIS ET GENTIUM.

ARTIC. I. — <i>Quarum rerum, et quomodo venatione acquiratur dominium?</i> . . . . .	204
I. — Animalia fera in naturali libertate constituta, licet aliquando alterius fuerint, fiunt primo capientis. . . . .	205
II. — Animalia fera mansuefacta, quamdiu redeundi consuetudinem retinent, capientis non fiunt. . . . .	205
III. — Animalia mansueta, sive domestica, etsi aliquando longius a conspectu domini se receperint, aut alienos etiam in casses inciderint, non sunt capientis, sed manent in possessione sui domini. . . . .	205
ARTIC. II. — <i>An, non obstante, quod occupatio per venationem conferat jure naturali et gentium dominium occupanti feras, nihilominus princeps juste prohibeat subditis venationem in fundis, sive communibus, sive ad privatos pertinentibus? Ac quomodo peccent? Ad quid obligentur contra justam prohibitionem venantes?</i> . . . . .	207
I. — Non obstante, quod animalia fera et libera jure naturæ et gentium fiant primo capientis; juste tamen Princeps subditis tam in locis communibus, quam ad privatum aliquem pertinentibus prohibere potest. . . . .	207
II. — Venantes contra prohibitionem justam, <i>per se loquendo</i> , non peccant continuo lethaliter; sed neque obligantur ad captam feram restituendam. . . . .	208
ARTIC. III. — <i>An et quomodo inventione acquiratur rei inventæ dominium?</i> . . . . .	211
I. — Res quæcumque derelictæ, sive dominum aliquando habuerint, sive nunquam, spectato jure naturali, cedunt primo occupanti, sive inventori. . . . .	212
II. — Inventor rei incertæ, cujus dominus extare præsumitur, sed ignoratur, sive rei amissæ, non continuo hujus acquirit dominium; sed tenetur pro qualitate rei moralem adhibere diligentiam in inquirendo domino, et huic detecto restituere . . . . .	213
III. — Post adhibitam diligentiam moralem in inquirendo domino, nec tamen eo comparente, probabilius non tenetur inventor rem inventam expendere in causas pias. . . . .	214

	Pag.
ARTIC. IV. — <i>Quid accessio, et quid circa illam juris?</i> . . . . .	216
I. — Modi acquirendi per accessionem naturalem sunt: 1 <sup>o</sup> <i>alluvio</i> ; 2 <sup>o</sup> <i>nativitas</i> ; 3 <sup>o</sup> <i>productio insulæ</i> ; 4 <sup>o</sup> <i>alvei mutatio</i> ; 5 <sup>o</sup> <i>perceptio fructuum.</i> . . . . .	217
II. — Modi acquirendi accessione industriali sunt: 1 <sup>o</sup> <i>adjunctio</i> ; 2 <sup>o</sup> <i>specificatio</i> ; 3 <sup>o</sup> <i>commixtio</i> ; 4 <sup>o</sup> <i>accessio mixta.</i> . . . . .	217
CAPUT II. — DE PRIMO ACQUIRENDI MODO JURIS CIVILIS, USUCAPIONE ET PRÆSCRIPTIONE.	
ARTIC. I. — <i>Quid sit præscriptio? quis ejus effectus?</i> . . . . .	220
I. — Præscriptio in genere est acquisitio domini, juris, vel immunitatis per possessionem, tempore et modo a lege definitis continuatam. . . . .	220
II. — Præscriptio est primum introducta a jure civili; dein approbata et adoptata a jure canonico, ad exigentiam boni publici. . . . .	220
III. — Effectus generalis præscriptionis est conferre irrevocabile rei præscriptæ dominium; nec tantum utile, sed etiam directum, vel proprietatis. . . . .	221
IV. — Præscriptio legitime completa etiam adjicit dominium pro foro conscientie. . . . .	221
ARTIC. II. — <i>An et qualis bona fides sit ad præscriptionem necessaria?</i> . . . . .	22
I. — Ad omnem præscriptionem tam inchoandam, quam continuandam, requiritur fides theologice bona . . . . .	225
II. — Præter fidem theologice bonam, etiam juridice bona ad præscriptionem saltem ordinariam necessaria est; adeoque ignorantia, vel error juris clari, per se loquendo, præscriptionem impedit. . . . .	229
ARTIC. III. — <i>An semper necessaria sit fides positive bona, vel etiam negative bona sufficiat? Ac quomodo fides auctoris prosit, vel obest successoribus in ordine ad præscribendum?</i> . . . . .	231
I. — Non est necessaria fides positive bona, sed sufficit negative bona 1 <sup>o</sup> ad præscriptionis inchoationem; 2 <sup>o</sup> et ad ejusdem continuationem; ac proinde dubium speculativum præscriptionem non impedit. . . . .	232
II. — Bona fides auctoris prodest successoribus tam universali, quam singulari, adeo ut, nisi in his mala fides superveniat, possint accessione temporis uti. . . . .	235
III. — E contra mala fides auctoris obest successoribus immediato universali, adeo ut nec hic uti possit accessione temporis; nec incipiendo a possessione propria complere possit saltem præscriptionem ordinariam. . . . .	235
IV. — Non tamen nocet mala fides auctoris successoribus universali mediato. . . . .	236
V. — Mala fides auctoris non nocet successoribus singulari in rebus mobilibus. . . . .	236
ARTIC. IV. — <i>Qualis titulus requiratur et sufficiat ad legitime præscribendum?</i> . . . . .	237
I. — Ad omnem præscriptionem ordinariam requiritur aliquis titulus, non tamen necessario verus; sed sufficit coloratus, vel existimatus. . . . .	237
II. — Ad præscriptionem extraordinariam regulariter titulus præsumptus sufficit. . . . .	239
III. — Ad præscriptionem immemoriam titulus præsumptus semper sufficit. . . . .	240
IV. — Corruit probabiliter præscriptio tam extraordinaria, quam immemorialis, si re ad judicem delata, constet de vitioso possessionis titulo et initio. . . . .	240